



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Sophronij solitarij, & admonitiones Menæ ducis cœnobij
Seueriani. Capvt. CLIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*De asino, qui monasterio nuncupato Mardes inscri-
uebat.*

CAPVT CLVIII.

MONS est circa mare mortuum, qui Mar-
des vocatur, excelsus valde. In eo monte
Anachoretæ commorantur. Est autem
illis & hortus ad radicem montis, sexto ferme
lapide ab eis distans, circa maris labium. Proinde
habent Anachoretæ & illic ministrum. Quacunq;
ergo hora volunt ad hortum pro oleribus mit-
tere, sternunt asinum, & dicunt ei: Vade¹ in hor-
tum ad ministrum, & affer nobis olera. Qui mox
ad hortulanum solus vadit, stansque ante ianuâ
capite pulsat. Statim igitur egressus hortulanus
ipsum oleribus onerat, onustumque dimittit. Vi-
dereque est asinum quotidie solû ascendentē &
descendentem, & ministrantem senibus tantum,
alij verò nulli obsequentem.

¹ *Ecce quomodo sancti viri etiam irrationabilibus cre-
aturis in virtute Dei imperant, & illæ obediunt.*

*Vita Abbatis Sophronij solitarij, & admoni-
tiones Menæ ducis cœnobij Seue-
riani.*

CAPVT CLIX.

Dicebat Abbas Menas dux cœnobij Abbatis
Seueriani de Abbate Sophronio solitario,
quòd circa mare mortuum moratus sit
nudus per annos fermè septuaginta, herbas in ci-
bum sumens. Et hoc rursus de illo dicebat, audif-
se se narrantē senem, & dicentē: Oraui Dominum
ne dæmones spelicæ meæ propinquarent. Aspici-
ebâ verò demones venientes stantesq; à longe trib.
ferè stadijs neq; vltius appropinquare valentes.
Idem

Idem Abbas Menas dicebat cœnobij fratribus: Filii, filij, secularium colloquia. Solent enim nocere iunioribus monachis. Dicebat iterum senex: Omnis ætas pœnitentiam agere debet, iuvenes simul, ac senes, vt æterna vita frui cū gloria & laude mereamur; iuvenes quidem, quia in flore ætatis, cū feruet concupiscentia, ceruicem leuam sub iugum pudicitie miserunt; senes vero, qui inolitam sibi ex multis temporibus malorum participationem transferre ad meliora potuerunt.

1. Vide sancti patris delicias. Nuditas fuit eim vestitus herbæ cibus.

Quomodo demon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi.

C A P V T. CLX.

Narrauit nobis Abbas Paulus dux cœnobij Abbatis Theognosti, quia dixerit senex quidam: Cū die quadam sederem in cellula mea, ¹operarerque manibus meis (tenebam autem canistrum, & psalmos repetebam) ecce per fenestram ingressus est quasi puer Aethiops, & stans coram me saltare cœpit, psallentique mihi dixit: Senex nōne bene salto? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi: Non tibi placet hæc saltatio mea? Nihil autem respondentem mihi, ait: Ecce peccatas te, male senex, magnum aliquid agere. Dixit mihi, quia & in sexagesimo quinto, & in sexagesimo sexto psalmo errasti. Tunc surgens ego procedi ad orationem; & ille euauit.

1. Opera manuum, & psalmodie erant exercitia antiquorum monachorum.

2. Quanta vis orationis, cum effugare valeat demonem. Vita Abbatis Isaac Thebei, & quomodo etiam ei apparuit demon in figura adolescentis.